

gnito, profugit ad regem Thesprotum, ubi lacus Auernus dicitur esse. Inde Sicyonē peruenit, ubi erat Pelopia filia Thiestis deposita, ibi casu nocte cum Mineruæ sacrificaret interuenit, qui timens ne sacra cōtaminaret in luce delituit. Pelopia autem cum choreas ducit, lapsa, uestem ex cruro pecudis inquinauit: quæ dum ad flumen exit sanguinem abluere, tunicam maculatam deponit, capite obducto Thiestes è luce prosiliuit, \* & ea compressione gladium de uagina ei extraxit Pelopia, et rediens in templum sub acro-<sup>Videtur & hic nūnihil sententia deesse</sup> podio Mineruæ abscondit. Postero die rogat regem Thiestes ut se in patriam Lidiam remitteret. Interim sterilitas Mycenis frugū ac penuria oritur ob Atrei scelus. Ibi responsum est ut Thiestem in regnum reduceret. Qui cum ad Thesprotum regem issset, æstima-<sup>tionem</sup> mans Thiestem ibi morati, Pelopiam aspexit, & rogat Thesprotum, ut sibi Pelopiam in coniugiū daret, quod putaret eam Thesproti esse filiā, Thesprotus ne qua suspicio esset, datei Pelopiam, quæ iam conceptum ex patre Thieste habebat Aegisthū. Quæ cum ad Atreum uenisset, parit Aegisthum: quem exposuit. At pastores capræ supposuerunt, quæ Atreus iussit perquiri, & pro suo educari. Interim Atreus mittit Agamemnonem & Menelaum filios ad quærendum Thiesten: qui Delphos petierunt sciscitatum. Casu Thiestes eo uenerat ad sortes tollendas de ultiōne fratris, comprehensus ab eis ad Atreum perducitur: quem Atreus in custodiam coniici iussit, Aegisthumque uocat, æstimans suū filium esse, & mittit eum ad Thiesten interficiendū. Thiestes cum uidisset Aegisthum & gladiū quem Aegisthus gerebat, & cognouisset quem in compressione perdididerat, interrogat Aegisthū unde illū haberet. Ille respondit matrem sibi Pelopiam dedisse: quam iubet accersiri, cui respondit se in compressione nocturna, nescio cui eduxisse, & ex ea compressione Aegisthū concepisse. Tūc Pelopia gladiū attipuit simulans se agnoscere, & in pectus sibi detrusit, quæ Aegisthus è pectore matris cruentum tenens, ad Atreum attulit. Ille æstimans Thiesten interfictum latabatur, quæ Aegisthus in littore sacrificantē occidit, & cum patre Thieste in regnum auitum redit.

## LXXXIX. Laomedon.

**N**EPTUNUS & Apollo dicuntur Troiam muro cinxisse, his rex Laomedon uuit, quod regno suo pecoris eo anno natum esset, immolaturū. Id uotum auaritia fecellit: Alii dicunt patrum eum promisisse, ob eam rem Neptunus certum misit, qui Troiam uexaret. Ob quam causam rex ad Apollinem misit consultum, Apollo iratus ita respondit, si Trojanorum uirgines ceto teligatae fuissent, finem pestilentiae futuram. Cum complures consumptæ essent, & Hesione fors exisset, & petris teligata esset, Hercules & Telamon cum Colchos Argonautæ irent, eodem uenerunt, & cetum interfecerunt. Hesionenque patri, pactis legibus reddunt, ut cum inde rediissent, secum in patriam eam abducerent, & equos qui supet aquas & aristas ambulabant. Quod & ipsum Laomedon fraudauit, neque Hesionen reddere uoluit. Itaque Hercules ad eos nauibus comparatis, ut Troiam expugnaret, uenit, & Laomedonitem necauit, & Padaci filio eius infanti regnum dedit, qui postea Priamus est appellatus, & την πρίανδρα. Hesionen recipetam Telamoni concessit in coniugiam, ex qua natus est Teucer.

## xc. Priami filii &amp; filiæ numero 54.

**H**ector, Deiphobus, Geriones, Polydorus, Helenus, Alexander, Hippodus, Antinous, Agathon, Diastor, Lyside, Polymena, Ascanius, Chirodamas, Euagoras, Drypon, Astinomus, Polymetus, Laodice, Ethionome, Phegea, Henicea, Demnosia, Cassandra, Philomela, Polipes, Troilus, Palemon, Brissonius, Gorgitiō, Protodamas, Atreus, Dolon, Chroesus, Chrysolaus, Demosthea, Doricops, Hippassus, Hipetiscus, Lysianassa, Iliona, Nereis, Euander, Proneus, Atomachus, Hilagus, Axion, Biantes, Hippotrochus, Diophites, Medusa, Hero, Creusa.

## De liberis Priami.

In hoc capite, quia omnia propè mirifice corrupta sunt, ipsum quidem intactum reliquimus. Nomina uero liberos

63. rūm